

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10**

**Gamans, Johannes**

**St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758**

Cap. XXVI.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)


## Cap. XXVI.

De Friderico Austria Duce, Hermani V.  
Badensis Filio.

Domus Badeno-Austriaca jacta fundamenta pu-  
tasset, grande hinc surrectorum adificium ominatus,  
sed o fallax omen! prater fundamenta nihil. Sur-  
culum ex arbore decisum ac transplantatum jamque  
frondesere incipientem in aliam arborem breve in-  
tra tempus evasurum credidisset: Secus accidit. In  
primo germine pruina sensit, elanguit, exaruit.  
Fridericus in Ducum Badeno-Austriacorum numero  
secundus, idem et ultimus fuit. Cum Conradino, Sue-  
via Duce, consanguineo suo, regnum avitam Nea-  
polis ad invasore Carolo Andegavensi repetituro, in  
Italiam proficiscitur generosus adolescens, suamque ra-  
vat operam, ea spe, ut expeditione hac feliciter per-  
acta Cunradi postmodum auxiliis Ungaros Bohemosque  
sua Austria exturbaret; Successibus aliquamdiu  
secundioribus incautos Juvenes fortuna fallaciter  
inescans hamo demum implicuit, unoque infeliciter  
pugnato praelio totos evertit; hosti nimirum in ma-  
nus tradit, qui animi impotens et victoria sobrie  
uti nescius regium sanguinem in forum Neapolita-  
num Carnificis manu s; indignante Ferrarum orbe  
effundit. Acta Tragodia est die Octobris 26<sup>ta</sup> anni  
a C. N. 1268. Spectator cum infinita hominum mul-  
titudine fuit ipse Andegavensis vel ob hoc plane

indignus, qui a Ludovico Sancto Rege frater, vel a Blanca filius compellaretur. Præ fatalem ictum excepit Fridericus annos tunc natus duodeviginti, cujus a corpore respectum caput bis adhuc altum ingeminavit. MARIA Maria per hujus manum ad Jesum Redemptorem, quem jam ante in clamaverat, animam transmittens. Sequitur mox Conradinus caput illud carissimum ab humo sustulit, exosculatus est, veniamque precatus, quod sua secum ruina involverit tam fidum sodalem, matris sua unicum, primum ex orientis nobilissima propaginis florem: post hæc cervicem et ipse porrexit, et sanguinem a patre, avo, proavo, ab avo Imperatoribus acceptum in proprio regno ambitioni alienæ litavit.

Consanguineos dixi fuisse hos Principes: addo, non uno consanguinitatis vinculo sed pluribus. Duo proxime nectebantur, istud est, avia materna Conradini et paterna Friderici Sorores, proinde communis amborum proavus, seu, quod idem est, ipsi inter se in secundo gradu consobrini; ut hoc oculis metiare, en tabella:



Alterum consanguinitatis nexum supra in Hermanno II. attigimus, cum hujus uxorem Frederici I. Imp. ex sorore nepsem fuisse dicebamus. En alteram tabellam:

Fridericus cocles, Dux Suevia

Fridericus Anobardus Imp. Berchta nupta Matthaeo Duci Sph.

Henricus IV. Imp. Berchta nupta Hermanno II. M. B.

Fridericus II. Imp. Hermannus III. Marchio Bad.

Conradus IV. Imp. Hermannus IV. Marchio Bad.

Conradinus. Hermannus V. M. B. Dux Austria

Fridericus

Præter hæc etiam genus maternum Frederici cum Suevia Ducibus connexum fuit in Agnete Henrici V. Imp. filia

Qua primis nuptiis Frederico Secundo S. Leopoldo march. Hohenstauffio copulata fuit Austria.

Hinc prædit Fredericus Illinc Henricus I. Dux Austria Suevia Dux

Fridericus I. Imp. Henricus II

Henricus VI. Imp. Henricus III.

Fridericus II. Imp. Gertrudis

Conradus IV. Imp. Fridericus

Conradinus.

Adverte, quod non hos tantum quatuor, sed adhuc duos alios Imperatores in sua familia habuit Conradinus, puta Conradum III. Frederici I. patrum, et Philippum. Scriptores, qui de horum Principum indigna cede meminuerunt, plurimi sunt. Rem totam breuiter per-

Strazib

165  
stringit AlbiZius, dum ait: Cunradus IV. Imp. matre  
Jole regina Hierosolymitana natus, ex Elisabetha Otto-  
nis Ducis Bavaria filia unicum genuit filium Conradi-  
num, post Manfredi interitum crebris Italorum lega-  
tionibus e Germania: Degebat autem Landshuta apud  
avunculum: / evocatum, ut avitum et paternum reci-  
peret regnum. Comitibus itaq; Longobardis, Suevis,  
Thuseis et Friderico Austriaco Italiam petiit, Romae a  
Senato Populoq; magnificentissime exceptus. Inde con-  
fluentibus ad eum undiq; Italiae Proceribus Siciliam  
adiit. Nuceria deditione politus movit in Carolum An-  
degavensem, a quo in Martio acie victus et captus.  
Neapoli post arcta quinquaginta et unius dierum  
vincula publico iudicio damnatus, et cum reliquis  
Proceribus in foro Securi percussus est VII. Cal. Nov.  
an. C. 1268. vita illi annorum 17. mensium 7. diei  
unius.

Plenior et accuratior rei gesta narrationem ex  
Gardulphi Colenutij Italica historia de regno Neapoli-  
tano latine reddidit Wolfgangus Hungarus Tectus in  
notis ad Casares Cuspiniani, qua quia non passim  
civis in manus venit, hic eam interpretare placuit.  
Prælio, inquit, depugnato Carolo prima cura fuit,  
ut Conradinus et præcipui ejus socij toto campo inter-  
ocisos ac vivos quererentur, crudelem se exhi-  
bens in captivos, quorum complures suspendi, alios  
gladiorum ictibus necari, alios perpetuis carceribus

166. mancipari iussit. Quantum ad Conradinum attinet,  
ipse et Dux Austria miser juvenes comitati per  
Galvanum Lanciam et Galiothum ejusdem filium, ha-  
bituq; Asinariorum vestiti cum toto friduo hac atq;  
illac per sylvas aberrassent, ignari quo procederent,  
 tandem mala agitante attingunt sylvam Astura,  
 ubi conspicientes naviculam piscatoris, rogarunt  
 eundem, ut ipso in fines Senensium aut Lesanorum  
 duceret, eam ob operam largiter eidem promittentes,  
 qui et conditionem facile acceptavit. Ceterum cum  
 neque pro ipsis neq; pro se panis quicquam haberet,  
 et deceret pecunia, quam numerarent, traditus ei  
 fuit annulus, quem in oppido oppignoraret, ac panes  
 compararet. Itaque piscator oppidum Asturam adiit,  
 et illic de valore annuli sui inquirens, pecuniam eo  
 super pignore mutuo accepturus, ut fieri solet, ca-  
 pit garrire, duos juvenes liberali facie, sed male  
 vestitos ad ipsius venisse naviculam, a quibus eum  
 acciperit annulum, operamq; suam promiserit, ut eos  
 longius ducat: emptorq; deinde pane ad mare rediit.  
 Eux autem fama de annulo totum pervolans oppidum,  
 pervenit ad aures Joannis de Frangipanibus, nobilis  
 Romani, Astura Domini, qui illuc cogitavit, istos  
 juvenum alterum esse fortasse Conradinum, quem Caro-  
 lus tanta cura quori juberet, atque raptim armari  
 triremem et navicula piscatoria iter subsequi impe-  
 ravit.

ravit. Et per eam Irvicem miseris Principes ne-  
mine repugnante fuere capti, et Asturam adducti.  
Eam rem mox ad Carolum iuniores attulerunt, qui,  
ut ne perderet talem prædam, quam celerrime potuit,  
Asturam terra marique suis militibus cinctam venit.  
Quocumque vero consilio id fecerit, sive ut honori Jo.  
de Frangipanibus parceret, qui se invitum cogi assi-  
mulabat; uti quidam sunt authores; sive quia  
flagrantissime cupiebat, Conradum suum habere in ma-  
nibus, certe oppidum obsedit, adeo ut voti compos fieret,  
simulque cum Conradino omnes ejus socios reciperet.  
Inde eos secum captivos semper circumducens Romam  
adiit, urbiisque negotia disposuit, suo loco Senatorem ibidem  
relinquens Jacobum Cantelanum, et ubi pervenit Chi-  
natlanum iussit decollari Galvanum et Galiotum ejus  
filium, nimirum in vindictam Mareschalli sui in  
prelio interempti. Eo facto Neapolim venit, ibique  
in carcerem misit Conradinum et Ducem Austria, et  
per annum vinetos tenuit, donec, quid ipsi faciendum  
esset, constitueret.

Tandem Neapolim omnes convocavit Syndicos potiorum  
civitatum regni sui, atque in frequenti consilio singu-  
lorum exquisivit sententias, quidnam ei de Conradino  
esset faciendum, et tum omnes, præsertim Neapolitani,  
Capuani, et Salernitani censuerunt, morte afficien-  
dum, quanquàm est, qui scribat, sententias tum ita  
fuisse dictas, prout ipse Carolus eas dici voluit.

Henricus Gundolfingerus Constantiensis, in suis

Chronico Austria scribit, Carolum etiam Summi Pontificis consilium expetisse, qui ipsi paucissimis verbis ita responderit: Vita Cunradi, mors Caroli: mors Conradini, vita Caroli.

Ad Barones et Nobiles Francie, gener Caroli, nobilis et quod attinet, nullo modo illi tali sententia de necando Conradino asentiri voluerunt, ac presertim Comes Flandriae, gener Caroli, nobilis et generosi pectoris Heros acerrime et validissime repugnavit, inquit, nulla profus ratione morti tradendum esse juvenem tam alti sanguinis, imo dimittendum liberum, jungendumque amicitiae affinitate et foderi; Et similiter judicavit multi alij nobiles viri, quorum animi privati affectionibus vacui erant; sed denique mortis sententia obtinuit. Anno ergo altero postquam capti fuerunt, die 26. Oct. medium forum Neapoli stragulis e serico villosis carnosini coloris prae tenditur, in eo loco, ubi columna posita est, ante templum Carmelitatum, quam mater Conradini postea erigi curavit, et illuc fuere producti in supradicta stragula Conradinus, Dux Austriae, Comes Gerardus de Pisa, qui Thufanos in praelio duxerat, et quidam auratus equus germanus nōe Hurnais, ipse quoque eodem praelio captus, et Dñus Henricus de Castilia: praeter hos fuerunt eodem producti etiam quatuor alij Richardus de Rebusa, Joannes de Grilla, Marinus Capeccius, et Rogerius Buspus in maximo hominum casu non modo Francorum et Neapolitanorum, sed omnium vicinorum oppidorum, qui ad



169.  
Spectaculum tam crudele accurrerent, quod ipsum et  
rex Carolus spectavit, quanquam is confisteret in turri  
quadam longe satis inde disita, sed tamen videns id om-  
ne, quod agebatur. Cum captivi in locum jam dictum  
pervenissent, Magister Robertus Bariensis primarius Ca-  
roli Scriba Suggestum quoddam, ad hoc ipsum extractum,  
conscripsit, et Sententiam contra novem istos captivos ex-  
scripto ~~textu~~ recitavit, omnes morti adjudicans, excepto  
uno Henrico a Castilia, qui Carceri perpetuo fuit ad-  
dictus. Crimina, quoniam causa fuerunt damnati,  
erant in Sententia hac comprehensa: furbasse parem  
Ecclesie, falso usurpasse nomen Regis, voluisse occu-  
pare regnum, et attentasse contra personam ipsius  
Regis. Eiusdem Neapolitanus ejus temporis Professorum  
Juris unicus scribit: Post Sententiam pronuntiatam  
Cyprianum ad eum, qui recitaverat, dixisse Latina  
lingua: hunc ad modum: nebulo, proditor, nebulo  
flagitiose, tu condemnas filium Regis: an vero re-  
gis, pari in parem nullum esse imperium? Deinde  
negavit, unquam se voluisse Ecclesiam offendere, sed  
acquirere voluisse duntaxat regnum ad se pertinens,  
quodque per injuriam alius retineret, sperare autem  
se, quod sui gentiles et Domus matris sue cum Aleman-  
nis suis, et Ducis Bojovaria, suis necessariis, non re-  
licturi essent ipsius mortem inultam: hisque dictis  
verbis detraxit chirothecam e manu ac versus popu-  
lum projecit, inquiens: se heredem suum relinquere

Dominum Fredericum a Castilia, amita sua filius.  
 Papa Lius scribit: eam Chirothecam exceptam fuisse  
 per Equitem quendam auratum, et deinde allatum  
 ad Petrum Regem Aragonie. Hoc facto Dux Au-  
 stria primus fuit omnium, cui caput amputaretur,  
 idq; prostratus a corpore resectum clamarit Maria.  
 Conradinus illud autem sustollens peramante est oscu-  
 latus, et pectori suo adprepit, deplorans calamitatem  
 socij sui, seq; ipsum accusans, qui mortis ejus occasio  
 fuisset, scilicet a matre extra patriam in tam atro-  
 cem fortunam abducto. Inde ubi in genua sedemi-  
 sit, ac levatis in calum manibus veniam peccatorum  
 suorum a Deo precatus, executor ei rei prepositus ca-  
 pite eum truncat. Deinde comitem Gerardum et Equi-  
 tem Germanum Sturnasio vocatum. Ipsi vero ministro,  
 qui Conradinum decollaverat, quidam alius in hoc ipso  
 paratus idem fecit, quod is alius fecerat, nempe ca-  
 pit ei amputans, ne unquam jactare posset, sangui-  
 nem adeo generosum se effudisse. Quatuor alij tra-  
 rones e regno fuerunt in patibulo suspensi, corpora  
 capitibus truncata humi remansere jacentia, neq;  
 ausus est quisquam ea tollere, donec Carolus sepe-  
 liri mandasset. Fuerunt itaq; sequenti, et super  
 Conrado tale positum Epitaphium:

Asturis ungue leo pulum rapiens aquilinum  
 Hic deplumavit, accephalumq; dedit.

Hunc calamitosum exitum habuit Conradinus, 1177.  
quem planctu et deploratione prosecuti sunt omnes, qui  
viderunt. Quocum etiam longe nobilissima Domus Sue-  
via finem accepit. Multi, qui eo tempore scripserunt,  
vehementer Caroli iudicium vituperarunt, arbitran-  
tes, eum esse Regi aut Christiano neutiquam convenientem,  
exercere crudelitatem erga Principem talis aetatis, ta-  
lisque nobilitatis, nimirum cum scriptum extet, aequum  
gloriosum et pulchrum esse, magnos Principes servare,  
atque eos debellare, et quod post victoriam gladius de-  
ponendus, neque amplius tingendus sanguine victo, pro-  
sertim Christiano. Hoc amplius vero videtur Caroli  
factum ideo quoque maxime enorme et fadum, quoniam  
ultra exempla, quae recens viderat de servandis Princi-  
pibus captivis etiam ipsimet et fratri ejus Regi Fran-  
cis captis contigerat, in custodia humaniter tractari;  
nec sane a Christianis, sed ipsis infidelibus, qui hac in  
re solam observant naturae legem, nam in expeditione,  
quam Rex Franciae Ludovicus I. postea in Divorum  
numerum relatus, sumpsit contra infideles, duxit se-  
cum Carolum fratrem suum ad Damiatam Aegypti,  
ibique in praelio a Saracenis ambo capti et regaliter  
habiti dimissi sunt. Itaque Petrus Rex Aragoniae  
epistola quadam Carolo improbitatem suam expro-  
bans, quia non servasset eandem rationem erga Conra-  
dinum, quam Saraceni erga ipsum: Inter alia

q et regaliter

172. verba haec dicit: Tu Nerone Neronicus et Saracenis  
crudelior. Iure consulti quoque ejus temporis longissime  
aberrant in interpretatione uquidam sententia D.  
Augustini, quo in Decreto posita dicit, quod victor  
sit obligatus, ut sit misericors erga victum, propter  
quod tibi non est suspicio, pacem inde turbatum iri.  
Hugolinus Commentator Decreti interpretatur hoc ver-  
bum, praesertim, id est, solummodo, perinde ac si dicit  
D. Augustinus: solummodo debere ignoscere eis, a qui-  
bus nulla turbatio metuatur, et non aliis; et per  
eam inhumanam interpretationem, et menti D. Au-  
gustini repugnantem, et a Latina significatione ex-  
orbitantem, ait Joannes a Signano excellens Caro-  
nista, quod Carolus motus fuerit, ut iussit, Gra-  
dino caput amputari: Atque hoc ipsum factum adeo  
quoque ipsiusmet Caroli amicis displicuit, quod scriptum  
extet, Robertum Comitem Flandria ejusdem generis ira  
generosa percitum gladio confodisse eum, qui senten-  
tiam recitaverat, existimans eum vita indignum, qui  
in fino loco natus sententiam mortis contra Principem  
tam alti sanguinis legere ausus fuisset.

Item author Status Collemutius lib. 5. c. 14. praclare  
describit memorabiles illas Vesperas Siculas, quae non  
adeo multis post annis Francos ad unum omnes  
una hora in ea Insula Inciderunt et extinxe-  
runt, et c. 5. haec narrat: cum Rogerius de Sicilia,

Calaber, Praefectus maris pro Petro Rege Arrago- 173.  
nia ingenti navali praelio Carolum Principem Saler-  
nitaxum unicum filium Caroli Andegavensis superaf-  
set, ac novem eius Frivemes, in quibus magnus numerus  
baronum ac ipse Carolus Princeps inerat, cepisset, ipsum  
solum unacum novem sociis, quos Carolus suo arbitrio  
delegisset, ab eodem Rogerio retentum, ceteros omnes  
captivos in Siciliam misit et Messina decollatos fuisse,  
nobiles numero 200. et amplius in vindictam mortis  
Conradini. Accepto haud multo post nuntio de morte  
Caroli Regis accurrerunt subito, plebs Messinensis,  
ad Carceres, ubi reliqui Francorum ab Arragonio ca-  
ptivorum tenebantur, eosque occidere cupiebant. Qui  
vero ij fortiter se defendebant, quo citius rem factam  
Siculi haberent, ignem carceribus injecerunt, et si-  
mul omnes in iisdem exasperunt. Deinde convoca-  
runt omnes Syndicos omnium Sicilia civitatum,  
ut judicarent de Carolo Principe Salernitano, qui  
cum novem suis sociis captus aservabatur, imitantes  
in hoc eum morem, quem Carolus in judicando Conra-  
dino observaverat. Qui omnes unanimi sententia  
judicant, Carolo Principi caput esse amputandum,  
quemadmodum ipsius pater Conradino fecisset. Hac  
sententia ita pronuntiata Constantia Regina qua-  
dam feria VI. mane misit, qui juveni Principi mor-  
tem denuntiaret ac praeoneret, ut saluti anima

provideret, quoniam mors ei subeunda esset, per-  
 inde ut Conradino. Ei Princeps in hoc verba respon-  
 dit: contentus sum in patientia aequo animo hanc  
 mortem suscipere, posteaquam succurrit, quod tali  
 die, qualis est hodierna, nempe feria sexta, Dominus  
 Noster Jesus Christus passionem et mortem suam subit.  
 tibi Regina, qua erat devota et prudens Domina, hoc  
 ab eo datum responsum cognoverat, ad hunc modum  
 locuta est: posteaquam Princeps respectu hujus diei  
 vult mortem tam patienti et aequo subire animo,  
 ego vicissim statui in honorem ejus, qui tali die  
 mortem ac passionem pertulit, ipsi esse misericors.  
 Et sic locuta praecepit, eum adservari, ita ut nulla  
 ei afferretur molestia. Ut vero populo satisfaceret,  
 qui modis omnibus Caroli Principis mortem eflagi-  
 labat, exponi fecit, in re tam ardua et quam mala  
 complura sequi possent, oportere haud quicquam con-  
 stitui Rege Petro ignorante, atque ita praecepit,  
 Principem in Catalonia abduci, ibique voluntati ac  
 iudicio Regis Petri mariti sui relinquere. Id quod  
 factum est. Ceterum hoc factum tantum adfert lau-  
 dio prudenti illi Heroina, quantum Carolus infam-  
 mia in se recepit, dum maluit se in clyto sanguine  
 regalis pueri crudeliter mergere, immoderata sua  
 cupiditati obsecutus, quam gloriam immortalis sibi  
 parare, si humanitate et clementia usus fuisset.  
 Haec Cellentius.

Scio; mi Lector, in Conradino et Friderico n' minus 175.  
quam in Lylade et Oreste Boetas et Oratores dudum  
sua ingenia exercuisse, Tragædos in omni fere lingua  
cothurnum suum detrivisse, nec tam ex eam super-  
vacanciam me fecisse reor, ista hic inferendo, quia non  
deerant, quos nudam rei gesta historiam cum suis  
circumstantiis cognovisse delectet.

De Friderico nostro austriaco jam aliud non habeo,  
quod addam, nisi disquirere velim, verumne sit,  
quod Henninges aperit, cum jam tum uxorem ha-  
buisse Agnetem Winsbergiam. Resistent hoc Scripto-  
res alij. Et tamen, ut plane negare non ausifim,  
facit Monij Lucida Vallis Necrologium, ubi hoc in-  
venio: V. Non. Maji Domina Annetis Marchionissa  
de Winsbere in Ecclesia sepulta. Enig Inno. VIII. Kal.  
Si cum die obitus etiam annus annotatus foret, du-  
bium omne removeretur; ast sic opinari tantum  
licet, fuisse hanc Friderici conjugem, et cum post  
ejus cadem nihil in Austria tutum esset vidua . . .  
recepisse se ad mariti patrum Rudolphum  
marchionem et aviam Irmengardim ac reliquum  
vita in Badensi Marchia, fors et in ipso, ubi sepulta  
est, Carobis exegisse.

Ad Austriam vero quod attinet, eam Alberhus Hab-  
spurgius unacum Styria non mera patris Rudolphi  
Cæsaris gratia, sed jure etiam pro alio obtinuit,  
non enim propinquissimam habebat heredem Fridericy,

quam Germanam et uterinam sororem Agnetem,  
neque hac rursus alium quam propriam filiam Al-  
berto nuptam. Sicut igitur ad Hermannum V. Badensem  
cum uxore Gertrude Austria pervenerat, sic ad Alber-  
tum cum uxore Elisabetha Frederici ultimi Austria  
Ducis ex sorore nepte.

Conradini vero Sueviam s. ut scribit quidam Chrono-  
graphus: s. iidem Halpsurgici et comites, Duces Tecken-  
ses, Marchiones ab Hochberg, et comites Wurtembergij  
sanguinem communem pradam inter se partiti sunt,  
pars etiam Henrico Dapifero a Wildburg ministeriali  
Conradini, qui annulum ejus signatorium ad Petrum  
Aragonis Regem detulerat, unacum ipsis Ducum  
Suevia insignibus obligit. Nunc omnia Austria  
ad Badenses me refero.

## Cap. XXVII.

De Rudolpho I. Marchione Badensi.

Statim a morte patris Hermannii IV. Rudolphus unacum  
fratre Hermanno V. regimen capessivit, quod insigni  
contra hostes suos victoria feliciter auspiciati sunt.  
Nam ex Backwangensis monasterij fastis hac exscri-  
pta reperio. Dies iste ab inveterata observantia  
sive consuetudine festiviori cultu celebratur ob me-  
moriam victoriosi triumphii ab Hermanno fratreque  
suo